

bus zetulae extractae, atque camerae, cunctaque praeutilo auri fulgore, ac vario colore falera ornamentorum ex pretiosissimis praemicantibus lapidibus et margaritis, jubar inmensi luminis radiabat. Quid multa dicam, aut quid cogitem? Nam habitaculi hujus atque loci illius pulchritudo inaestimabilis et incomparabilis est: quoniam nec os hominis hoc, nec cogitatio laudibus comprehendere valet. Sic denique ait ad me Angelus ille: *Si perseveraveris usque in finem; in hac te habitatione suscipiam.*

21. Post haec igitur aliquanto tempore transacto, accidiae vagationis pessimo vehementer infestante spiritu inutili levitate commotus, pristinum egrediens deserui habitaculum. Hinc demum factus in excessu mentis, atque iterum in extasi raptus ab Angelo maligno, et praecipitatus sum in abyssum; in quo non erat putei introitus, sed sicut pinnaculum, aut abscissa terra deorsum. Et cum in primo impetu descendissem, sicut lapis dimissus in profundum, per immensum spatium pede inherente in modici gradus retinaculo in ejusdem procerrimo parietis lateribus restiti. Et cum ibidem paululum reanimarem, facta est vox dicentis: *Vadat.* Et iterum praecipitatus descendi plus prolixum spatium. Et restiti secundo in ampliori aliquantulum gradu. Ibi inveni quendam pauperem, quem statim cognovi, quia dudum venerat ad praedictam retrusionem meam infirmus atque mendicans. Et tenui eum apud me multis diebus. Et pro ministrantibus mihi serviens illi de ipsa substantiola quae pro bonis hominibus pietas Domini ministrabat refeci animam ejus fame conlapsam, quousque ad pristinam rediret salutem. Ipse rogavit pro me iniquos et crudeles executores, qui me ducebant, ut mihi vel modicum spatium ibidem largirentur.

22. Et dum me parumper animarem, iterum audita est vox clamantis: *Vadat, vadat.* Et tertio praecipitatus descendi dupla proceritate altitudinis, quousque pervenirem in profundum inferni: et sic perduxerunt me ante conspectum impiissimi Diaboli. Erat autem terribilis et metuendus, fortissimis vinctus catenis. Et in hujus capitis avis ferrea in simili-

tudinem corvi sedebat: in qua summitas illius catenarum haerebat. De immensitate autem poenarum quantum valuero recordare, intimabo ut ille dicebat. Ardebat autem immensus et inenarrabilis ignis, velut pinguissima ardens taeda. Et super ignem illum vicinum erat et non satis altum tegimen in similitudinem eramenti, in quo exundans flamma impingebat. Ex illo namque igne, exibat inundans piceus maris, qui immensum occupabat pagum. Quod ebulliens crudeli ac dirissimo fervore fluctuabat. Cum autem adstarem in conspectu illius atrocissimi iudicis, subito advenerunt tres Angeli iniquissimi. Unus ex illis erat immanissimus Gigans. Ille secundus subminor, usque ad humeros ejus. Ille tertius pusillus usque ad medium. Illi autem duo obtulerunt duas animas peccatorum. Ille vero exiguus nihil exhibuit, unde vehementissime increpavit eum, et praecepit illis qui illas animas adduxerant, ut eas in illo dirissimo igne projicerent, et ita fecerunt. Post haec autem perduxerunt me inferius juxta illud mare igneum, et ostenderunt mihi inferiorem puteum abyssi, qui est gravior atque crudelior omnium poenarum. Cum autem pavore perterritus non auderem intus inspicere, insurrexerunt multi arcistes, (1) et caeperunt me sagittare. Sagittas vero eorum quasi guttas aquae frigidae sentiebam. Et cum signaculo Crucis resisterem illis in circuitu, venit qui me abstulit de iniqua eorum dominatione, et huic supernae luci restituit. Postquam haec cuncta retulit, dicebat: Volo mihi talem facere retrusionem, quae solum meum habeat statum amplitudinis utraque parte: quia valde timeo ne in tam pessima ruina ultra incidam. Et ego dixi illi: Ipsum sume initium, quem usque in finem sine desperationis discrimine libere perducas ad perfectionem. Scriptum est enim: Potius est bonum non inchoare propositum, quam eum perducere ad detestabilem terminum. Hic ergo perrexit ad Legionem Civitatem, retrusitque se iterum ad corpora Sanctorum Martyrum, et usque hodie ibidem perseverat.

---

(1) Id est, sagitarii.

## APÉNDICE VIII.

*Año de 690. Baldario, monje.*

De este religioso dice el Maestro Flórez en el tomo XVI de la *España Sagrada*, páginas 385, números 23 y 24, lo siguiente:

| *Facta Baldario, qui S. Fructuoso in opere lapideo  
deserviebat, et adhuc in vivis erat.* |

23. Cum olim Sanctae memoriae beatissimus Fructuosus in exordio suae almificae conversionis per hujus nostrae cohabitationis eremi recessus vastasque solitudines, per diversas rupes, speluncas atque alpium convalles eremiticam perduceret vitam; ad instarque Orientalium Monachorum in omni abstinentia et sanctis exercitiis degens, ita gloriosis virtutum prodigiis perfectus emicuit, ut antiquis Thebaeis Patribus se facile coaequaret. In illis vero temporibus habuit secum quendam puerulum lapidum in structura peritum nomine *Baldari*, qui illi per antra quae inaccessibilibus erant locii posita, viam ex lapidibus construebat, quod eodem mihi ad singula referente cognovi, qui usque hodie jam in senile degit aetate, quod ipse (1) melius nosti. Ante hos paucos dies hunc, quem tibi nunc loqui desidero, ipse tremens atque cum nimio stuporis fluctuante singulto mihi enarravit miraculum quod per eum pro nostra aedificatione Omnipotens Deus modo intra praesentis anni jussit demonstrare curriculum.

24. Cum autem, inquit, grave aegritudine oppresus jacerem exanimis praetereunte noctis spatio exurgente lucis crepusculo anima mea egressa e corpore suscepta est a tribus

(1) *Abbas Donadeus.*

splendidissimis columbis: ex quibus una super caput crucis gestabat vexillum. Cumque me rapuisent in omni velocitate, altitudinem aëris penetrabimus, partem Orientis occupantes. Primo diluculo super astra Coeli pervenimus. Ibi scilicet induxerunt me in excelsum mirae pulchritudinis montem, qui innumerabilium candidatorum erat coopertus caterva seniorum. Inter quos deducentes perduxerunt me ante conspectum majestatis Domini. Cum autem stupens et admirans cernerem eum in throno gloriae suae praesidentem, et innumerabile multitudine circumstante, interrogavi, quis est iste tam potens qui solus inter tanta agmina potestatum sedet? Et dixerunt: *Ipsa est Dominus noster Jesus-Christus*. Dum autem insolito stupore mirarem tantam ineffabilis et immensae pulchritudinis gloriam, cujus similitudinem nec possum cogitare, nec valeo enarrare, quia inaestimabilis est; post haec igitur dixit Dominus illis qui me exhibuerant: *Reducite eum ad corpus suum, quia nondum completum est tempus ejus*. Cum autem me reducerent, ait illis Dominus: *Sustinete modicum, quia sol ascendet, donec pertranseat, ne eum radia Solis exaestuient*. Dum autem sustineremus, ecce ascendebat Sol ab Oriente sub nos summa velocitate percurrens, ignifero fulgore rutilans, atque coruscans immenso candore radiabat. Cujus immanis gyri glomerata rotunditas incomparabilis erat. Ante ipsum autem praecedens ingenti magnitudine avis rufa, et desuper posteriora ejus fusco colore fuscata, saepe revoluta alarum remigio crepitanti fragore impulso aëre temperabat exaestuantem ejusdem Solis ardorem. Quae alacri velocitate properans praeteriit: post cujus terribilis visionis abscessum coepimus remeare deorsum, atque toto mentis obtutu universum conspicere mundum, mare, et fluminibus variatum, urbiumque moeniis, Ecclesiis, montium rupibus, atque diversis aedificiis summo decore faleratum, hominibus diversisque nationibus refertum. Dum diutius adtenderem descendens subito revertens in corpore aperui oculos, et praesentibus auferens luctum, adepti sunt consolationis gaudium.

---

## APÉNDICE IX.

*Año de 695. 25 de Febrero. San Valerio.*

Prudencio Sandoval, en el libro de los conventos ó monasterios españoles de la orden de San Benito; Antonio Yepes, tomo 2.º de la *Crónica benedictina*, año de 646, capítulo 3.º, Auberto Mireo en la *Crónica de San Benito*, páginas 146, y Juan Tamayo Salazar, llaman santo á Valerio, abad del Monasterio de San Pedro de Montes; pero no todos convienen en dar á Valerio ese hermoso calificativo.

Nosotros dejamos este punto tal como ahora se halla, y ponemos á continuación lo que trae el Maestro Flórez en el tomo XVI de la *España Sagrada*, desde las páginas 391 hasta la 416, ó sea, lo comprendido en los números marginales 29-67, en que se narran los hechos principales del célebre abad de San Pedro de Montes.

*Item Valeri Narrationes.*

*Superius memorato Patri nostro Donadeo.*

*Ordo Querimonie Prefatio Discriminis.*

29. Dum olim ego indignissimus peccator Asturiensis Provinciae indigena, intra adolescentiae tempora mundialibus illecebris occupatus, lucrisque terrenis inhians, vanis disciplinis intentus, per infimas saeculi tenebras curam (1) eorum

(1) *Forte curae.*

fraena laxarem, subito gratiae Divinae desiderio coactus pro adipiscenda sacrae religionis crepundia, toto nisu mundivagi saeculi fretum adgrediens, velut navigio vectans ad Complutensis Coenobii laetus properans transmeare (1) immensi desiderii ardore succensus, atque futuri iudicii timore perterritus, confidens per confessionis iter tandem ad lucem pertingere veritatis. Sed ideo mundani maris fluctibus oppressus, atque ex diabolico saepe infestante flabro dirae tempestatis procellis expulsus, desideratum non valui pertingere portum. Necessitate compulsus inter Asturicensis urbis et Castri Petrensis confinia, ad eremi deserta confugiens, iuxta duritiam nequitiae cordis mei reperi saxeam locum Deo sacratum eminente celsitudinis in montis cacumine situm, ab humana habitatione desertum: austeritate immensae sterilitatis arentem, cunctae argis densitate detersum nulla nemoris amoenitate vernantem, neque herbarum foecunditate conspicuum, denique cunctorum undique flaborum diris imminentibus procellis impulsus, saepeque tempestivis aquarum imbribus, atque nivali immanitate infectum, cunctisque simul intolerabilis algoris rigoribus occupatum. Cumque infelicitatis meae tot cladibus crebro cernerem experiri miseriam, simulque cunctis intuens meum infaustum animum adffigi penuriis, atque inenarrabilibus necessitatibus coartari, cuncta aequanimiter tolerans animo sustinebam: metuens scilicet ne coepta deserendo, infima repeterem, scriptum est enim: quia nemo retrorsum noxia contempti vitans discrimina mundi aspiciens, salvandus erit nec debet arator dignum opus exercens, vultum in sua terga vertere. Crebro igitur astutus inimicus ad decipiendum variis cogitationibus brutum pectus exagitat: gnaviter enim resistendum, atque vitaliter repugnandum est, ne quem aut falsae justitiae umbra decipiat, aut incerta mobilitas inutili levitate compellat semel coepta deserere. Maxime quidem labor est, cum ad fastigia celsa contenditur, nec potest ad summum apicem perveniri, nisi totus in opere desudet ago-

---

(1) Transmeavi.

nizans dura quae delicatus animus nescit adpetere. Nam prima est palma victoriae, se ipsum subjiciendo superare, is quem usque ad contemptum mortis fidei calor, et spei futurae infractum robur armaverit. In quibus verius dixerim, ipse potius dimicavit et vicit.

30. Cum haec omnia prolixo jam tempore, opitulante Domino, tolerarem, post aliquantum annorum intervallum, tandem christiana videlicet miseratio pietate commota coepit se ibidem diversa utriusque sexus vulgi caterva confluens glomerare: mihi quoque infelici adjutorium praebere, obsequium impendere, vel stipendia ministrare. Cumque jam summa necessitas suffragante Domini pietate verteretur in voluntatem; illico insurgens quidam vir barbarus, valde lubricus et cunctis levitatibus occupatus, *Flainus* nomine, ejusdem basiliculae Presbyter, antiqui hostis stimulis instigatus, invidiae fascibus magisque succensus, sicut mos pravorum est invidere aliis, quod ipsi habere non adpetunt, ejusdem invidiae tenebris caecatus, insane saeviens, coepit adversus pusillitatem meam odia machinare, atque crebra praetendere impedimenta, saepeque jacturam incutere. Cum vero quandoquidem ad eundem locum conveniebat cute teterrima (sicut scriptum est, frons picea nigrore proprio depromitur) amictu truculentus velut saevissima bestia frendens magis pro contumelia subversionis meae ad eundem locum accedebat, quam ut pacem charitatis aut misericordiae pronecteret pietatis. Cum haec enim diutius agerentur, coepit cor meum moerore atque angustiis fluctuare, cogitans qualiter possim ipsius aemuli discordiam vitare, atque vulgi inquietudinem declinare, vel cunctas illecebras hujus saeculi impolluto calle transire. Post haec itaque pietatis Domini confisus virtute in abditissima antiquae solitudinis me contuli quam quaerebam. Cumque ibidem aliquanto tempore solitarius permanerem, nec sic a mea persecutione quievit ipse jam saepedictus pseudo Sacerdos. Nam Libros quos *de lege Domini*, et *Sanctorum triumphis* pro consolatione peregrinationis meae, atque correctionis disciplinae, vel scientiae industria ipse conscripse-

ram, mihi prius cum ingenti contumelia abstulit: postmodum vero, si per ipsius versutissimam suplantationis saevitiam, si autem per actoris sui diaboli instigantis peritiam, ille novit cui nulla latent absconsa. Nam crebro latronum atrocitate vastatus, et usque ad mortem diversorum scandalorum (1) injuriis humiliatus, cum pene extremo degerem spiritu.

31. Comperientes haec fidelissimi Christiani mox adcurrerent licet invitum finem mortis desiderantem ab hujus cladis me eripientes periculo, et in supra memorato Petrense Castro praedio quod nuncupatur Ebronauto, ad aulam Sanctorum usque perduxerunt. Post haec igitur pristinae solitudinis solitam quietem desiderans coepit anima mea rursus anxietudinum molestiis aestuare publica habitatione horrens pavescerem. (2) Hoc cum summa ambitione elegi, ut erga Sancta altaria me ergastulo manciparem, ut et quieti solitudine amplius non egerem; et pes meus commotionem ultra foris exiret, atque ut per haec praesente lautomiae (3) claustra ab aeterno voraginis carcere me dextera divina sustolleret. Dum post saepedictas atroces discriminum penurias novissime huic habitaculo quievissem in ejusdem Basilicae angulo augustiis coartatus, velut in pelago freti navis natantis sub tegmine carinae in interioribus sentinae tenebris obligatus, mundanae tempestatis infestantibus flabris, procellarum conlisione adtritrus, et ac si intermediis ipse saeculi fluctibus non perfecte, sed vel ex parte me aliquantulum recepisse retrusus congauderem, dudum adepta quiete; denique invidus inimicus antiquissimus hostis, qui piis operibus ab angue livoris malitiae suae permotus innumeris artium pristinis indesinenti conflictu impedire conatur, coepit igitur prima congressione certaminis in nocturnis tenebris sonitum dirae vocis super me jugiter ingentem strepitum circitare, ut me quasi pavore perterritum irrite commoveret. Sed cum me cerneret in virtute Domini

(1) *Sum.*

(2) Forte melius: *et cum publicam habitationem horrens pavescerem, hoc cum summa ambitione elegi, etc.*

(3) *Lautomia, navis species.*



confidentem suo non posse terrore concutere; insigni furoris denuo insurgens atrocitate, adgregatisque satellitibus suis coepit visibiliter infatigabili jugitate me acrius impugnare per unius fere anni spatium, seu amplius, aliter summe fortiter agonizans a mea subversione penitus non recessit.

32. Cum autem non per virtutem tolerantiae meae, sed potius per omnipotentis Domini terribili fortitudinis increpatione tandem fugatus abscesisset; videns | enim | saevissimus adversarius perfidiae suae conatus frustra adhibitos, minime profecisse per supplantationem invisibilem fraudulentae inclusionis suae, adgressus est illustrem virum nomine *Riccemirum*, quem novit etiam ipsius esse praedii Dominum. Cumque ejus vicinum praetulisset imminere obitum, instigavit eum ut ipsum exiguum meum destrueret habitaculum, quod et protinus fecit. Ipsum namque statim diruens tugurium, et me simul ruentem quasi de caelo ad inferna prolapsus, in saeculi rursus projecit theatro. Et dum in eodem evulsionis meae locum Ecclesiae sacrum niteretur construere altarium; hoc | videlicet | callida cogitatione elegit inimici persequentis instinctu, ut me quasi saecularibus illecebris captum multis opulentiae stipendiis ditatum pro majoris ruinae interitu ipsius Ecclesiae ordinaret Presbyterum: Scriptum est enim: sic quippe servus Omnipotentis Domini metuit paupertatis suae securitatem perdere; sicut avari divetes solent perituras divitias custodire. Et iterum: *Tribulationem et miseriam invocabo*. Ut quomodo elatus invocat Deum, sic Sanctus vir et bellator invictus ad exercendum se et probandum, tribulationem et miseriam invenire desiderat. Et rursus; exigua est ambitio, et parva requies, vel delectamenta hujus mundi. Nec comparandum est futuri contemplatione supplicii. Nolite per vitae praesentis mala, per occupationem modicam ad futuri poenam pervenire iudicii. Quia vita praesens vanitas est, et honor qui in ea suscipitur temporalis ac brevis mundi istius commoratio: cujus divitiae sicut aranea dissolvuntur. Beatus autem ille est cui Deus tribuit ut inculpabilem animam is-

tam (1) factori omnium Deo conservet, ut valeat sincerus ac innocens potentiae illius proximare, ut talem eam exhibeat immaculatam, qualis ab eo dum susciperetur inlata est. Nam miser ille vanus et vacuus homo qui vult modo laetari in saeculo, et postmodum gaudere cum Christo. Beatius est quippe liberum exire, quam post vincula libertatem quaerere. Melius enim est laboriosam ducere vitam, quam abstinentiam trahere criminosam. Potius plerumque est peregrinantes atque egen-tes de hoc saeculo migrare, quam per divitias hujus mundi laqueum erroris incurrere. Crebra quidem pullulat cupiditatis saeculi ingens insaciata voracitas: sed magna et laudabilis est pietatis Domini misericordia, qui cunctos in se sperantes crebriori custodiae proteget cura, et pauperes suos ab opressionis saevissima redimet penuria, quae potentium ab arce superbiae dejecit insaniam. Et ut coepti sermonis ordinem percurramus, dum supra memoratus Reccimirus prae-fatam perficere conaretur Ecclesiam, necdum perfecta prae-destinatae constructionis fabrica repentino irruente interitu hae praesente crudeliter caruit vita. Et infelicitatem meam in ipsa saepe revoluta reliquit naufragia.

33. Cum igitur inter ipsa fluctivagi saeculi procellarum freta demum angoris moeroribus crebrius maceratus littoris niterer adtingere portum; vetustissimus denique emulus solitae malitiae concitat odium, et novissimae subversionis consuetum praeparat impedimentum. Elegit namque nequis-simum virum falsae nuncupationis nomine *Justum*: forma exiguae pusillitatis tantillum, ac teterrimae visionis colore barbaricae nationis Ethiopum, extrinsecus enim picea cuti furvo sordens obtutu, in cordis vero arcana nigrior existit penitus corvo. Corpore quidem exiguum, sed criminum fa-cinoribus copiosum. Hunc contra voluntatem meam me perni-citer (2) resistente ordinaverunt Presbyterum. Qui pro nulla alia electione ad hunc pervenit honorem, nisi quia per ipsum

(1) Forte melius ita.

(2) Forte pertinaciter.

multifariae dementiae temeritatem propter joci hilaritatem luxuriae petulantis diversam adsumpsit scurrilitatem, atque musicae comparationis lirae mulcente perducitur arte. Per quam multarum domorum convivia voraci percurrente lascivia canctilenae modulamine plerumque psallendi adeptus est celebritatis melodiam. Post tanti honoris insana temeritate injuste adeptam ordinationem, ausus est etiam per hypocre-sim simulationis, sanctam temerare religionem. Nam publice in oculis hominum per simulatum habitum proferens sanctitatem, in occultis vero diabolicam operabatur iniquitatem.

34. Post novissimum itaque subversionis commonitionis-que meae naufragium ab omnibus relictus sum solus: et a nullo capiens consolationis auxilium, nisi unum tantummodo reperi Levitam Domini Christianum fidelissimum, cujus meritum vocabulum comitabatur suum, nomine *Simplicium*, qui cum nimia dilectione charitatis meae in suum humiliter suscipiens hospitium, cumque cum summa obedientia familiaritatis in me studeret obsequium, et nos tantum duo in quotidiano Ecclesiae permaneremus officio, incitavit denique invidus diabolus ipsum saepedictum Sacerdotii opprobrium, ut etiam prae nimia invidiosae malitiae peste contra nos diu machinans odium, multis supplantationibus fallacis amentiae suae incutere niteretur impedimentum. Cum autem adjuvante Domino laedendi nobis nullum inveniret argumentum, flamma diabolicae atrocitatis succensus in meam publice insiliit contumeliam, et crebro coram multis mihi infandum conviciorum inrogavit scandalum. In tanta exarsit freneticae insaniae dementia truculentus, atque inexplicabile ebrietatis temulentia inretitus, ut nec etiam nocturnis temporibus me permiteret esse quietum. Nam dum vel nocturno silentio me ejus confiderem evadere pestem; petulanti importunitate impudicus semper prorumpens, et mendicitatis meae hospitium hora refectionis impudenter adiens, pro charitate consolationis mihi furibundus intulit jurgium atrocitatis, et nobis in caritate convescentibus ille superbia vesaniae suae atque ebrietate vexatus, velut canis invidens rabidus super nefanda convicia

frendens stridore dentium spumansque ore limphatico bacca-  
bundus, propriis me lacerare manibus nitebatur. In tanta  
exarsit odii caecitate frustratus, atque invidiosae nequitiae  
flamma succensus, ut nec ante sacrosanctum pepercere alta-  
rium. Ibi que me gravissimis injuriis inrite confussum, nisi  
fratris intercessione fuissem exceptus, ferro me in conspectu  
multorum rabiens jugulare conabatur. Post tanti furoris in-  
saniam tandem sedata, sic denique in amentia versus, injustae  
susceptionis ordinem oblitus, vulgali ritu in obscena theatri-  
cae luxuriae vertigine rotabatur; dum circumductis huc illuc-  
que brachiis, alio in loco lascivos conglobans pedes, vestigiis  
ludibricantibus circuens tripudio compositis, et tremulis gres-  
sibus subsiliens nefaria cantilena mortiferae ballimaciae dira  
carmina canens, diabolicae pestis exercebat luxuriam. Sic  
quippe exaestuans mersus vino, temulentia sepultus, ut ebrius  
patiebatur sitim et esuriam vomens: qui somno deditus, de-  
sidiosoque torpore obvolutus non erat inter crebro psallenti-  
bus hymnis Dei ducentibus noctes. Nunquam tales pestes  
Christus habere dignatus est servos.

35. Interdum ad infaustum cordis mei crudele moeroris  
augmentum, dum ex eadem quam praefatus sum opulentissi-  
ma domo ex qua sicut pridem destructionis perpessus fueram  
commotionem, ita et solitam refectionis stipem, atque carita-  
tis consolationem saepe perciperem subito regia furoris saevi-  
ssima inruente sententia, protinus memorata domus in atro-  
cissima subversionis mititur vastatione. Ejusque proprii here-  
des comprehensi procerrimae captivitatis dirissimis religan-  
tur exiliis. Ego vero infelix non solum inediae exiguitate in-  
dignus, sed et subsidio consolationis destitutus remansi, acce-  
rrimae necessitatis tabicam ducens vitam. Dum etiam nume-  
ro viginti continuo annorum immenso spatio in saepe prolatis  
dirissimis vitae meae periculis virium robore deffessus, fa-  
tiscente jam corpore, omnium contritione membrorum tenui-  
tate confectus, anhelans degerem; tandem pietas divina, quae  
nunquam in se sperantes obliviscitur, misereri super ignavia  
infelicitatis meae, respiciens, ac videns exiguitatis meae mi-

seriam, in coenoso saeculi gurgite suffocatum, praedestinavit congruentissimum aditum ille pius pastor, qui pro ovibus suis tradidit animam suam, non desepxit velut de naufragio profundissimi maris perditam eripere ovem, et ad littoris saepe desideratum perducere portum.

36. In finibus enim Bergidensis territorii inter cetera Monasteria juxta quodam Castellum, cujus vetustus conditor nomen edidit *Rupiana*, est hoc Monasterium inter excelsorum Alpium convallia a sanctae memoriae beatissimo Fructuoso olim fundatum, in quo me divina pietas conlocavit perenniter permansurum. Cumque in cellulam quam sibi jam dictus Sanctus praeparaverat Fructuosus, me denuo retrusissem; non cessavit invidus inimicus impedire propositum voluntatis meae. Nam cum ingenti furoris ingressus strepitu multas contra me tentationum adhibuit artes pessimas et incessantes. Denique oranti mihi, aut decumbenti, sedens ad caput, et ex infimis intraneis suis putidissimum indesinenter calidumque naribus meis insuflans foetorem intolerabilem et horrendum. Et cum haec diutius et ceterorum diversorumque tolerarem praestigia tentationum, ira furoris vesaniae suae commotus, tantum tonitruum et fremitum terroris et tremoris commovit; ut saxa ipsa quasi sal contereret, et longe dispergeret. Et cum cernerem ipsum habitaculum a fundamentis commoveri, et super me ruentem medio noctis solo Deo teste, pavore perterritus, confidens in Domino exclamavi dicens: Recede iniquissime, quid destruis tugurium meum? Ab hac voce protinus discesit. Et dum per haec et hujus similia crebra innumera et inenarrabilia temptamenta opitulante Domino me commovere non valeret; demum adgressus pestilentissimum virum Isidorum Astoricensem Episcopum, supplantans eum, ut me quasi per fraudulentae laudis instinctum, ad publicum Toleanae urbis perduceret. Et dum sic veniret immissus ab inimico, ut me mitteret in commotionis interitum et aliorum fratrum pessimum inrogaret scandalum, recto videlicet Omnipotentis Domini judicio lacum quem nobis aperuit, ipse re-

pente ingressus est in eo. Nos autem reliquit intactos, illum vero perpetuus obsorbuit infernus.

37. Post haec pravorum ingressus intima pseudo monachorum, ita inflammavit corda eorum atrocissimi liboris invidia odiorum, ut me voluntario carcere mancipatum ab omne subsidii fulcimento dimitterent derelictum. Quum ille adversarius bonorum operum, supradictum meum me atrociter persequens detegens dissipasset tugurium, sic induratum est cor eorum ab ipso inimico, zeloque invidiae inflammatum, ut pro integro trienii evoluto spatio, nullo pro remedio mihi adhiberent tegiminis cooperimentum. Insuper replevit furens ipsam cellulam inimicus intolerabile et insigne atrociter voratrice pulicum peste; quae ebibens cruorem, efficeret corpus meum pene totius exangue. Cum his et similibus casibus infelix anima mea pervenisset usque ad finis occasum, tandem sicut finis hujus opusculi declarat, intuens pietas divina tantam necessitudinis meae contritionem, quumque pro misericordia regia dispensatione, atque bonorum Christianorum subministratione tribuisset infelicitatis meae subsidii stipem, vel cuncta quae nostram tuerentur mendicitatem; interea propter hujus eremi laboriosam necessitatem vir illustrissimus *Basilianus* subministranti mihi duas dedit evectiones (1). Et ut aperte patescat fraudulenta impietas ab hujus cellae habitantes, atque ultionis et misericordiae Domini pro deffensione pauperum suorum virtus pietatis, aliquanta diabolicae invidiae nequissima opera, quae novissime gesta sunt, breviter intimabo.

38. Dum de supradictas evectiones praefatus minister meus *Joannes* Diaconus primum accepisset caballum, unus de senioribus qui erat hujus cellae Praepositus, cupiditatis invidiaeque facibus inflammatus jussit venire de domo natiuitatis suae qui ipsum Caballum furantes, ducerent in perditione. Quum eum adgredientes ante se longe duxissent, frustra certantes non potuissent eum comprehendere, justo Domi-

---

(1) Evectio, pro equo.

ni iudicio, caballus solutus reversus est ad nos: illi vero furantes vacui revertentes invenerunt terram suam gravi persecutione grandinis vastatam. Quumque coepissent elaborare unde substantiae stipendia recuperarent, venerunt diversi latrones, qui quantos habebant bobes furaverunt: quos ultra invenire non potuerunt: et sola illis Dominis et servis fames et miseria mansit.

39. Post haec quum supradictus vir alium pro mercede caballum nobis dedisset, et alius senior succedens huic Monasterio Praepositus ordinatus fuisset, quumque praesentis anni tempore mesis, dum calumnias eorum pro incursione sustinere non possent, ipsi Caballi compediti pascerent. Et quia sub hoc Monasterio ingentis praecipitii procerrima profunditas patet, quam pavor est homini desuper intueri; hic vero quem diximus senior diabolicae invidiae zelo atrociter inflammatus praecepit occulte ipsos Caballos sic compeditos in quem diximus discrimen praecipitare deorsum. Quis aestimare poterat, ut vel ossa eorum in valle integra pervenirent? Sed pia Domini misericordia gubernante ita inventi sunt sani, ut nulla in eis inveniretur macula, aut debilitatio. Hic considerandum est quantum pietas divina has iniquissimas animas in inferni perpetua praecipitabit ruina; qui post tanta praecipitii ruina brutas animalium incolumes propitius servavit animas.

40. Post haec instigante diabolo, ita eorum invida exarsit malitia, ut destinatus unus ex eorum Colegio praedictum Joannem Diaconum jugulavit, et mortuus est.

41. Haec cuncta tantae necessitudinis meae penuria citra quod alibi vicenario annorum numero memoravi. Hic itaque aliis viginti duobus annis infelix sustinet anima mea. De innumera discriminum certamina pauca breviter comprehensa non me compulit temeritas vanaegloriae innotescere prolata, sed ut cunctis patesceret, qui desiderant in Sancta Religione ad Dominum converti, quanta sit inimici invidentis et persequentis pernicioosa obstacula atque hominum perditorum invidens dira, diversaque perversitas, et qualiter

perseveranti certamine configat, qui dederat palmiferam obtinere victoriam: ut non prolixitas fastidiosi agonis gignat desperationis torporiosam ambiguitatem, sed timor Domini et ejus judicium, atque spes vitae aeternae, strenuiter eum corroboret usque in finem. Unde infelicitas mea non cessat pium deprecari Dominum, ut mihi usque ad ultimum vitae praesentis occursum tribuat perpetuum de saevissimo hoste victoriae triumphum, atque cunctorum malitias extinguat facinorum: et hunc quem mihi pietas ejus novissime concessit, non permitat usque ad mortem derelinquere locum. Quia tantus existit congruentissimae quietis adinstar Paradysi aptissimus locus, ut etiam licet (ut supra sum loquutus) sit eminentissimorum montium munitione circumseptus, nullius tamen instat.... umbrarum opacitate fuscatus, nisi luciflui splendoris venustissimo decore conspicuus, atque vernantissimi viroris eximia amoenitate fecundus, procul a mundo remotus, nullarum saecularium actionum tumultibus, neque feminarum occursibus infestatus, ut cunctis liquido patescat pro adipiscendo perfectae sanctitudinis culmine fidelibus a mundanis illecebris commertiisque recedentibus ad non esse praeparatus. Haec intuens inimicus, et per hypocrisim sibi subjectis fideles Dei expellere conatur.

*Item replicatio sermonum a prima conversione.*

42. Primae conversionis ordinem retexens praefatae contritionis meae subsequentem persequentis inimici dispersionis desolationem atque clementissimam opitulationis Domini consolationem per ordinem replicabo.

Quumque in excelsi montis cacumine, stulta populi sacrilega caecitatis dementia, profana daemonum delubra impie atque insipienter paganorum ritu excoleret, fidelium Christianorum ope tandem probrosa obscoenitas destruitur. Hic vero locus, licet (ut supra declaratur) sit summae necessitudinis penuria occupatus, sed ex fidei integritate poscentibus cita exauditio in orationibus impetratur. Igitur ut re-



ligiosae conversationis possidendae rei inexplicabile adducam cupiditatem, duo mysticae revelationis atque misericordiae breviter intimabo.

43. Dum olim ope humanae consolationis destitutus in supradicto acre necessitudinis monte anhelans degere, nullum habens providum, aut subsistentem in ima necessitate ministri, venit ad me quidam Clericus juventutis fortitudine fretus, flagitans precabatur, ut meae esset disciplinae subiectus. Quem intuens expeditum, atque saecularibus exercitiis aptum, constitui eum operum manuum mearum prodeutorem, alimentique stipendiorum necessitudinis nostrae esse ministrum. Quumque in quodam praedio fruges, ceteraque alimentorum subsidia sufficienter in suo reposuisset hospitio, quodam die, dum ad eum quendam fratellum oblitus dirigerem, primo illi mandare recordatus, postmodum ei in devexo lateris descendenti de supercilio montis clamavi dicens: *Dic illi ministranti, ut unum modium de cibaria vicino illi caeco det: et medium modium alii cuidam pauperi.*

44. Post haec adveniente nocte dum cubili proprio quievissem, cumque membra corporis sopor adisset, confestim vidi me extensum fortiter ad verbera, hinc inde latere duo viri cum gladiis stantes, corpus meum crudeliter lucebatque (1) comburebant latera mea. Et quum nimio dolore cruciatus crebro expergerer, iterum sopore gravatus obdormiens in ipsa tormenta permanebam. Quum novissime expergefactus fuisset, deprecans dixi: *Domine pro misericordia pietatis tuae revela mihi, qui est, pro quo hoc patior: quia nescio pro quo reatu tantum irae tuae incurri furorem.* Post haec audivi vocem dicentem: Non audisti Evangelium loquentem, ut *sit eleemosyna tua in abscondito*, et tu de monte ad vocem dispensas eleemosynam? Statim solutus a vinculo egi gratias Domino, quia dignatus est stultitiam meam pro emendatione corripere. Post paucos vero dies praefata saeculi stipendia, propter quam haec tam terribilis exarserat ira, igne cremata

(1) Melius, *lacerabant atque.*

est. Hinc denique timore perterritus non solum caducam mundanam substantiam, sed etiam ipsum subministrantem, a me protinus repelli, et ut hinc postulationem cura miserationis dominicae pateat, breviter intimabo.

45. Cum in eodem necessitudinis loco quemdam *Bonosum* filium enutrirem, et illi pro eruditione praecipuum conscripsissem libellum: quum autem parentes ejus mihi pretium dare niterentur, dixi ad ejus pueruli matrem, ut mihi cilicinum mandaret tantum facere pallium. Et cum unius aut duorum annorum vel amplius transisset spatium, et oblita esset promissionis suae implere effectum, quumque propinquante vindemiae tempore, se ad vindemia celebranda proficiscere praepararet, eadem matrona, nomine *Theodora*, infirmata est. Quum autem per noctem aegrotans dormiret, revelatum est illi quod cum viro suo, puerulis et puellis suis ad supradictam Ecclesiam *Sancti Felicis* suffragium incolumitatis flagitatura pergeret. Et quia sub illo monte publica discurreret strata, quum | autem | in ea ingressi fuissent, obviaverunt multitudinem hominum multa boum juga ducentium. Quumque inter illos venissent, Unicornipeda bos furens eandem matronam sub scapulam cornu percussit sicque truculentus in altum excutiens caput, radicibus subcisum cornu in ejus viscera reliquit infixum. Quum omnibus suis et ceteris viantibus evellere, (1) et nullatenus praevalerent, cum jam seminecem eam tenerent, apparuit eis vir splendidissimus veniens e contra Ecclesiam *Sancti Felicis* per desertum, cujus vultus fulgebatur ut Sol, vestimenta ejus splendidiora nive. Quum enim propinquaret ad eos quasi ignorans, interrogavit dicens. *Quid habetis homines? aut quae est causa luctorum et tribulationis vestrae?* Tunc ostenderunt ipsam plagam crudelitatis, dicentes: Vide Domine qualis casus perditionis evenit: occisa est mulier et ei subvenire nullo modo possumus. Et ille respondit: *Vos | autem | multi estis et subvenire non potestis? Quid mihi dabitis si ego, admota manu, subvenio?* Sicque omnes dixerunt:

(1) *Conarentur.*

si jubes facere mercedem, potes: quia tanta in te est gloriosa claritas sanctitatis, ut nihil tibi impossibile sit faciendi.

46. Tunc ille peradplicuit se ante illam, et dixit ei: *Ego tibi nullo modo subveniam, nisi prius mihi juramentum dederis, ut ante quam ad Bergidum vadas, cilicinum illum mantum Nunni (1) Valerii, quem promissisti, facias.* At illa interrogans eum dixit: Domine tu quis es? Et ille respondit: *Homo sum Domini Felicis.* Tunc illa correpta timore, coactaque dolore levans manus suas ad Ecclesiam Sancti Felicis dixit: Per ipsum Domnum nostrum Felicem, quia si me modo sanare juseris, statim eum incipio facere. Post haec ille ex duobus digitis abstraxit de corpore ejus cornu bobis, quem habebat infixum, et longe projecit, sicque ponens manum super plagam ejus dixit: *Ecce salvata es, et si feceris hoc quod promissisti, bene ad Bergidum ibis, et bene inde remeabis. Si autem facere neglexeris, tibi imputabis.* Haec audiens sanissima facta est ab omni dolore. In his evigilans coepit nimia anxietudine fluctuare, quod tarde manesceret. Quum enim primi galli insonuisset canor, statim conciter de lectulo consurgens clamavit filias, et ancillas, et ita praedestinavit astucia, ut die tertia specie facta, et curata, (2) mihi cum multo ofertionis obsequio per semetipsam exhiberet: et sic mihi cuncta sicut passa fuerat, intimavit.

47. Quum igitur in saepe dicto monte immensa necessitudinis penuria coarctatus persisterem, veniebant quidem tranquilo tempore adolescentuli multi meae quoque se mancipantes doctrinae. Sed cum hiemalis procellosa imminebat tempestas, omnes protinus abscedebant, et ego tantum inclusus, et usque ad mortem penuria contritus permanebam, in tantum, ut dum quidam religiosus pauper me consolare desiderans, mecum permanere promitteret, et simul nos immanitas nivalis atque dira flavorum occupasset inclusos tempestas, pauper ille gravissima urgente penuria defunctus est. Ego vero juxta ejus

(1) *Potius Nonni: Nonnus est vox reverentias.*

(2) *De capa, non de muliere, intellige: curata, de sordibus purgata.*

cadaver exanime aliquantis diebus mansi necessitate proxima mortis afflictus.

48. Post multas crebras et intolerabiles in eodem loco antiqui hostis impugnationes majori me conatus est visibiliter perturbare terroris pavore. Nam quodam die hymnis ante lucem explicitis matutinis, dum ex adverso ejusdem Basilicae voluissem pro necessaria causa egredi per posticulum in deserto, reperi in ipso ostio stantem Diabolum velut inormem teterrimum gigantem procerrimae staturae imminens usque ad nubes. Quumque immenso pavore perterritus intus obsisterem obstupefactus, et ille extrinsecus egressionis aditum obstrueret, coepi intra me cogitans dicere: Si retrursus abiero, ipse inimicus fiducialiter invalescet, eo quod eum pavidans fugiam. Hinc vero ope Domini sumens audaciam, dixi ad eum: *Scio quia Satanas es: et signans frontem meam, Ecce inquo, Crucem Domini mei Jesuchristi, qui est virtus et victoria mea; nunc videbitur si ego fugio, si tu.* Et sic progrediens exclamavi: *In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.* Et perveniens ad locum ubi stabat, ille vero retrahendo et deficiendo humiliatus usque ad terram, liquefactusque evanuit. Quumque me pro hoc, juvante Domino, non valisset, | sed | pro alia me inlusionis fantasmate mutavit inretire.

49. Quum | autem | parvulum quemdam pupillum literis imbuerem, tantam dispensatio divina dedit illi memoriae capacitatem, ut intra medium annum peragrans cum canticis universum memoria retinet Psalterium. Quum vero quodam die hora sexta diei ad operam sederem, et ille coram me legeret, coepit clamare dicens: *Quid est hoc, quod video?* Et ego dixi illi, quid vides? *Ecce, inquit, video Angelum Domini; cuius vultus fulget sicut Sol, vestimenta illius super nive candidior est: qui dicit mihi, quia propter te veni directus a Domino, ut te ad praesentiam majestatis ejus perducam, qualiter tibi pro operibus tuis mercedem rependat. Ego namque dixi illi: Non credas, quia non est Angelus Domini, sed Daemon Diaboli. Et sic clamavi illum ad me; et interrogavi eum, si*

adhuc videret? Et ille respondit: *Ecce ubi stat ante nos*. Tunc mandavi illi electos Psalmos recitare, dicens: si Angelus Dei est stabit, si Daemon fugiet. Quum autem ille ad vocem, et ego intra me diutius recitarem, dixit: *Ecce jam se elongando liquefactus evanuit*.

50. Videns autem Omnipotens Deus tantam cladis penuriam, atque tantae desolationis miseria infaustam tabescere animam meam, excitavit quendam adolescentem juventutis flore vernantem, nomine *Joannem*. Quum illi a parentibus suis peteretur sponsa, ille | vero | Spiritus Sancti flamma succensus, sanctaeque religionis desiderio aflatus, elegit potius spiritualibus nuptiis copulari Deo (in quibus a lucto incipitur, sed ad gaudia aeterna pervenitur) quam carnalibus nuptiis subjici, quae a laetitia semper incipiunt, et ad finem cum luctu tendunt; confestim universam saeculi inlecelebrantem lasciviam despexit, et ad consolationem exiguitatis meae omnium festinatione pervenit: et ita est in timoris Domini confessione fundatus, ut sicut voluntaria charitate, ita in cuncta necessitudinis tribulatione, et in omnibus haberem participem. Saevissimus igitur inimicus graviter invidens charitati atque consolationi nostrae, solita malitia adhibuit artes, qualiter societatem nostram fraudulenta supplantatione dispergeret. Quumque solus mihi in interioris eremi vasta solitudine socius adhaesisset, supposuit suae crudelitatis ministros latrones saevissimos per quorum impiissimam vastationem nos efficeret utraque parte divisos. Ille autem crudeliter caesus, et pessime debilitatus, ad pristinum readtractus est locum. Ego | etenim | post haec iteratim vastatus, in alia parte a Christianis, ut superior declarat historia, sum productus. Quumque ille post haec perditam recepisset salutem, et ad meum, sicut pridem, properaret obsequium, ita zelo Diaboli indurata sunt corda pravorum hominum, ut nequaquam eum permitterent meum demum adire consortium. Et dum ego supradicto ordine ad eadem loca, (1) duce Domino in cellula

(1) *Legendum est ab eodem loco.*

Beatissimi Fructuosi fuissem perductus, et ille non fuisset permissus; et quia de saepe dicto monte me discedente, recessit, et adsiduus populi concursus, (1) quum autem de stercore animalium dudum occurrentium hominum delitiosus in eodem loco excrevisset foenus, veniens ignis per desertum per idem foenum ingressus cuncta habitacula cum ipsa concremavit Ecclesia. Post haec praefatus Joannes ad radicem ejusdem montis deorsum, sibi opitulante Domino novum construit Monasterium, in quo eum Episcopus ordinavit contra voluntatem suam Presbyterum.

51. Cum autem ibidem a me degeret desolatus, et ego de ejus desolatione manerem moerore confectus, adduxit Dominus per compunctionem cordis ex longinquitate terrarum quemdam puerum nomine *Saturninum*, exercitiis activae vitae atque servitiis aptum, et in omni sua actione compositum. Quem primum ille suscipiens conversum, quumque in summa abstinentia, vigiliis, jejuniis, orationibus, psalmodiae canoribus, diversisque operibus, artificiiis, vel ceteris regularibus exercitiis, diebus ac noctibus instanter vacaret, coepit ad eos Christianorum pietas, quae olim me discedente receserat, recurrere, et necessaria stipendia ministrare.

52. Et quum aliquantum annorum transacto intervallo, in praedicto permansissent regulari exercitio, eidem religioso fratri Saturnino saepe per revelationem venit admonitio, ut inde quantotius egrediens, ad infelicitatis meae festinaret consortium. Qui statim divino obedivit praecepto. Quem cum omni exultatione suscipiens benedixi Deum Creatorem omnium, quod velut in extremo vitae meae termino, dare dignatus est senectuti meae baculum, et saepe quaesitum salutis remedium.

53. In quadam igitur rupe huic Monasterio subjacente, qua beatissimus Fructuosus orare consuevit, et in eodem loco Crux lignea in titulo stabat fixa; hic | autem | frater Saturninus coepit desiderabiliter cogitare, ut ibidem secundum vires exiguitatis nostrae quantuluscumque titulus Oratorii

---

(1) *Aliquid deesse videtur.*

construeretur. Quum autem hoc cogitatum suum mihi narra-  
sset, coepi contradicere illi, eo quod locus esset incongruus,  
et ad faciendum non subsisteret virtus. Protinus eodem die  
quum meae sopor adisset, jusit divina pietas mihi aperte reve-  
lare, qualiter hoc fieret, sua esset voluntas: et quod celeriter  
virtus ejus hoc ad perfectionem perduceret. Illico voluntate  
Domini comperta, de opera manuum mearum, vel unde mihi  
dispensatio divina jusit tribuere, pro munificentia mercedis  
bonorum Christianorum, conducti sunt et multi operarii sub-  
ministrantes. Cum quibus opitulante Domino, et ejus virtute,  
perfectum est. Quumque in eodem loco, | quo | nulla pateret  
planicies, sed saxei ingentis pinnaculi discrimen praecipitis  
immineret, eandem adgredientes leviter scinderunt rupem:  
et in eodem loco in nomine Sanctae Crucis, et Sancti Panta-  
leonis, ceterorumque Sanctorum Martyrum, licet brevis fa-  
bricae tantillum, sed virtutis culmine magnum, sacrum Domi-  
no constructum est Templum: quod a viro Dei Reverentissimo  
Aurelio Episcopo (1) est cum omni diligentia Domino consecra-  
tum: simulque hujus aedis opificem Saturninum, ope Domini  
sacravit Presbyterum. Qui dum quotidiana ibidem Domino  
immolaret sacrificia, aliquanta illi exauditionis patefacta sunt  
signa. Ex quibus aliquanta quae veniunt ad memoriam bre-  
viter insinuans, ediseram.

54. Dum quadam die lapides desuper, imminente rupe,  
abscinderet, subito erupta desuper ingens acutissima lapis  
praecipitata deorsum, ejus percutiens pedem illius usque ad  
ossa penetrans, nervos, et venas incidit. Dum esset formido,  
ne debilis factus gressum amiteret, aut mortem incurreret,  
mox siccato sanguine se decubans, in lectulo continere non  
potuit: sed solita consuetudine se ad sacrificium Domino offe-  
rendum licet debilis cum nimio labore necessitatis semipes  
adtraxit: statimque ut sacrificium coram Domino immolavit,  
ita egressus est sanus, ut videretur illi nec spinae aculeus  
eum vel leviter pupunxisse.

---

(1) Asturicensi (an. 681.)

55. Demum cum matutino tempore celebrandum adfuisset officium, et claustra ingressus ita essent praepedita, ut ea reserare non posset, commotus animo, veniens ad fenestram altaris, clamavit dicens: *Bene hoc est, Domini Sancti, ut veniam ad officium vestrum, et ingredi me non permittatis.* Haec dicens quum ad ostium fuisset regressus, confestim audita est sera, quae intrinsecus clausa obserabat obstructa, procul abscedere, et ingressum patefacere: quod videntes ipse et qui cum eo erant, in obstupore versi admirantes, benedixerunt Dominum.

56. Quum autem in eodem deserto aliquantula legumina seminasset, et dono Domino uberrime foecundans, densissima screvissent, (1) quam cum maturescentem cerneret, cavens | namque | ne a diversis vastaretur, parvulum super altarium benedixit veillum: quem pro signo in eodem suspendit agro. Quumque omnes formidarent quidquam ex inde contigere; quidam stultus, dum ausu improbo ibidem fuisset ingressus, et coepisset gulae suae explere voracitatem, protinus percussus est a Serpente; et mox decidens tandiu ibidem jacuit exanimis sine mente, quousque invenirent eum plus de ore et posteriore stercora fundentem, quam habuerat discernere; dum per gratiam Domini nullus alius fuisset inventus qui in his montibus a Serpente fuisset vulneratus.

57. Alio quoque tempore quidam saecularis, nomine *Basilius*, cum ingenti necessitudine coactus debilis ad eum venisset quoniam dextera manus ejus, et brachium contractis nervis, arefacta turgens obriguerat; illico miserationis pietate compulsus benedixit oleum, et ejus debilia membra orans perunxit: confestim ope Domini ejus pristinae sanitati restituta sunt membra. Et sic benedicens Deum incolumis cum omni exultatione ad propriam reversus est domum.

58. Quum igitur huic sancto cum summa licencia deserviret altario, et infelicitatis me solemniter in hoc superioris Monasterii ministraret claustro, post haec spiritu vanae gloriae elevatus, sperans se ut a me segregatus, super me hono-

(1) Pro excrevissent



rabiliorem laudem nominis sui, | me derelicto, | ampliorem-  
que venerationem obtineret a saeculi vulgo, discedens hinc  
erga ipsum Sanctum operis sui altarium in tenuissimo et an-  
gusto se retruxit ergastulo, de quo pro solo tantum diurnum  
atque nocturnum celebrandum procedebat officium, et saepe  
offerendum domino sacrificium. Quum autem ibidem tempore  
quievisset, rapacissimus vorax ille insatiabilis lupo prese-  
quitor animae nostrae, id circo festinavit eum e consortio  
unanimitatis meae segregare, ut velut ovem errantem se eum  
facile aptum faceret praedae: cujus denique cordis intima ita  
furens aggressus est, ut eum in tantis angustiarum molestiis  
faceret atrocitate fluctuare, ut nec die, nec nocte inter inde  
hic, et hinc illic discurrentem permetteret vel modico spatio  
tranquillae quietis persistere. Hinc nequiter devictus, et faci-  
le superatus egrediens, per noctem carrigavit asinum, quem  
habebamus evectioem propter hujus eremi stipendiorum ne-  
cessitate, de librorum volumina quos ipsi sancto altario con-  
scripseram, vel cetera quae ibidem de Dei dato contuleram, et  
temeranter persuasus ductus est ab inimico captivus.

59. Post haec adhuc mecum doloris consuetaeque tribu-  
lationis meae ille supradictus Joannes meus discipulus, illius  
quoque Magister primus, (1) a quodam iniquissimo rustico, ab  
ipso invido persequente Diabolo praecipiter impulso in prae-  
dicto suo Monasterio ante sanctum altarium in oratione pros-  
tratam, est impiissime et crudeliter capite truncatus.

60. Ipso quoque tempore licet providentia divina, quae  
semper pro pauperum suorum miseria sollicitam adhibeat  
curam, ne ego miserrimus ab omni consolationis praesidio  
relinquerer destitutus, de terra nativitatis meae sollicitavit  
ad timorem suum mihi proximum fratris mei *Montani* filium,  
nomine *Joannem*, qui compuncto corde veniens reliquit ser-  
vitium Regis, atque uxorem, et filios, vel omnia quae habebat,  
et convertens cum famulo suo *Evagrio* se toto corde Dominico  
mancipavit servitio, qui nunc usque quae utrisque cellulis

(1) De quo supra n. 50 et 51

necessaria sunt fideliter elaborans ministrat. Nam adjutus a Domino, qui eum sancti altarii ipsius jussit esse ministrum, vineas in eodem deserto, hortum olerum, et multas pomiferas diversi generis plantavit arbusculas, atque domicilii fundavit habitacula, et cetera quae hic vel illi necessaria sunt, quotidie nititur ope Dei perficere, et in his desiderat usque ad finem vitae suae permanere.

61. Post crebras videlicet inimico impediante penuriae contritiones, atque amarissimas et tristes dispersionis desolationes, illa sempiterna pietas quae non vult facturae suae perditionem, tribuit infelicitati meae post quadraginta duorum continuo annorum contritionem aliquantulum quietis, cupitam consolationem et remedium.

62. Insuper compunxit corda fidelium suorum ad misericordiae pietatem gloriosi Principis, Pontificum, ceterorumque Christianorum, qui largiflua in mea egestate operati sunt mercede, quam recipiant centupliciter a Domino in hereditate caeleste. Hinc etenim scriptum est: Divina ac sempiterna pietas post tempestatem dirissimam tranquillum facit: et post lacrymationem et fletum jucunditatem infundit. Et iterum: *Gaudia post luctum veniunt; post gaudia luctus. Ploratum sequitur risus, et cantica planctus.* Et ipsa veritas dicit: *Qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit.*

63. Interdum dum juxta Sanctorum Apostolorum ego indignus inconvulse demum praesidens altario, quumque praetenso latere montis nullus planitiae congruus pateret sinus, nostrae fragilitatis paulisper opitulante manu Dei, brevis hic, sed aptus atrium loci opificum labore versus est in planum. Cerne nunc septas undique oleas, taxeas, laureas, pineas, cipreseas, rosceasque myrices, perenni fronde virentes, unde rite horum omnium perpetuum nemus *Daphines* nuncupatur, diversarumque arbuscularum praetensis surculorum virgultis, hinc indeque insurgentibus vitium contexta palmitibus, viroris amoenissima protegente umbracula, sed monarcis opacitate venusta, foecundasque invia, ita Solis ardoribus aestuante refrigerat membra, ac si antra tegant, et

saxea protegat umbra, dum molli juxta rivuli decurrentis sonitu demulcet auditus, atque rosarum, liliorum, ceterorumque herbarum florens nectareus aromatizans redolet olfatus, et venutissima memoris animum lenit amoenitas, sobrie et non ficta, sed fidelis perficiatur charitas.

64. Juxta hujus situm ope Domini parvulum adjecimus hortulum, quem arborum plantationis claustra septum fecit esse munitum, ut quantum plus post finis mei obitum locifluum transierit spatium, tantum fortior illum gignens arboreum observabit claustrum. Tanquam navicula procellosis fluctibus quasata, desideratum tandem penetrat portum; ita ego indignus velut de monumento sepulcroque suscitatus, aut ab infernali tenebroso carcere ejectus praeclara post tenebras perfruens luce, Omnipotenti Domino immensas non sino agere grates, quod ad quietem saepe cupitam, et crebro quaesitam tandem merui jam fatisciente corpore pertingere locum. Et sic in eo confido, ut sicut me jussit aliquantulum de voragine saeculi facere alienum, ita de infesto et pessimo inimico faciat palmiferum victoriae obtinere triumphum, atque expiatum cunctorum contagione peccaminum per satisfactionis lamentum, cum his quos ad meum jussit praedestinare solatium, almum det poenitentiae fructum, vitaeque aeternae consortium, qui periturum per Crucis tropaeum destruxit imperium.

*Item quod de superioribus querimoniis residuum sequitur.*

65. Dum olim juxta quod superioris querimoniae breviter ordo declarat, necessitate compulsus, utpote juxta saeculare conventu me in humili et angusto retrusissem ergastulo, in quo solus in tristibus tenebris, penuriis coartatus, velut jam in sepulcro angustiis mancipatus: Quum | autem | hinc per supradicta serie fuisset productus, intuens huic Rufianensis locum Monasterii a mundana conversatione remotum, et velut Gallorum Alpium procerrimae altitudinis montium ita esse circumseptum, ut non indigeat parietis trusionem,

Penetrando autem advenientibus a contra habitabilem partem praediorum, tantum una antiquitus manufacta patet trames; quae excissis rupibus ita tenuem et angustum redit aggeris labirithum, in quo non nisi singulatim homines in timore periculi gradiuntur, quo hinc in vicino Monasterii exemto in una procerrima rupe Sanctissimi Fructuosi patuit oratorium. Qua excisa ope Domini Sanctum ei constructum est Templum, quod est positum habitationis hujus Monasterii velut terminum et claustrum de ejus constructione; et hic juxta altare Sanctorum Apostolorum operatione, in superiore historia patet breviter comprehensum.

66. Librorum vero volumina, tam quae quotidiano officio, quam pro Sanctarum festivitatum pro ordine pertinet anniversario, vel etiam diversarum Sanctarum Scripturarum quod ad aedificationis profectum atque industriae documentum proficit animarum, utraque altariorum Sanctorum juvante Domino, plenarium adcelebravi compendium. Pro quibus operibus et bonorum hominum ocursionem, atque summae charitatis dilectionem hujus loci incolae sumpserunt atrocissimum zeli et invidiae laborem, atque publicas et clandestinas odibiles persecutiones, infandaque diabolicae artis adhibuerunt apodixem, per quam praefati, atque eos qui publice sunt interfecti, ceteri qui remanebant conversi, mutata mente, turbati per diversas sunt terras dispersi. Animalia namque quos de..... illi sancto altario coëmeram, funditus sunt exterminata, ac sicut ait Elias Propheta: *Remansi ego solus. Et: Quaerunt animam meam, ut auferant eam.* Ex quorum impissima clanculae susurrationis militia unus brutobardus atque ineptiae socordis babigerus, nomine *Firminus*, qui est ipsius morbidi gregis in ruinae perditione praepositus, nuperrime | igitur | dementiae vesanie frustratus, quod non habuit unde infelicitati meae crimen objiceret, pro sola bonorum Christianorum susceptione, charitate, et dilectione, me conatus est publica obtrectatione derogare, dicens, eo quod ante me fuissent duo Presbyteri in hac retrusione, qui vicinos, notos, et amicos recipiebant intus in cellulae quo orticellae, et de longe ve-

nientes accipiebant per fenestram: quorum quasi meliorem conversationem mihi dolose invidens post vituperationis objectionem, ipsorum quippe retrusorum primus diaboli persuasione, atque lasciviente voluptate devictus, et nequiter superatus discedens, ad saeculi est vanitatem regressus: ille enim alius ita permansit otiosus, ut nullum post mortem imitabilem superstitionibus relinqueret opus. Hinc autem Jacobus Apostolus praedicat dicens: *Quia Fides sine operibus mortua est.* Ego vero inter haec charitatis interius et exterius bifariam varietatem Sancti Apostoli Pauli semper observans, recordabor sententiam dicentis: *Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem.* Ad hoc autem de dogma Patrum pauca breviter adjiciam.


67. Beatus | autem | Arsenius cum ex genere clarissimo nobilis, et ex genti opulentia sublimatus degeret in gloria, timore Domini correptus, dereliquit universa. Pauper et seminudus Scyticae solitudinis ingressus est deserta, ibique se in exigua et arcta recludit claustra, in qua dum diutius permaneret, vir Dei Theophilus Alexandrinus Archiepiscopus desiderans eum videre, notuit illi dicens: Si venio ad te, aperies mihi, ut videam te? Ad ille renotuit: Si veneris (1) aperiam tibi. Nam si tibi, et omnibus. Quumque haec prima ejus conversione fierent, postmodum | vero | ita composuit vitae suae ordinem, ut ad Ecclesiam in congregationem cum multitudine aliorum Patrum solita solemnitate procederet: et multos sibi occurrentes in charitate susciperet, in tantum ut una Religiosa nobilis matrona ejus desiderio commota navigans de Roma, quum per internuntios suggereret, ut eum videret, et ille non adquiesceret, illa | vero | confisa ait: Confido in Deum, quia videbo eum. Et sic constanter pergens jusu Domini reperit eum extra cellam: et procidens prostravit se ad pedes ejus, et tandiu jacuit, quousque ille elevaret eam, et ita factum est, ut qui ante Episcopum suscipere fastidierat, postea per Domini voluntatem fidelem feminam, licet nolens, susciperet in

---

(1) Deest non.

charitate. Quoniam in futuro iudicio non locum clausum, aut apertum; non Monasterium, non Villa, non Vicum, non habitum, aut sexum, requirit Dominus, sed secundum proprium opus singulis retribuet.

FINIS



# ÍNDICE

DE LAS MATERIAS CONTENIDAS EN EL TOMO PRIMERO  
DEL EPISCOPOLOGIO ASTURICENSE

	<u>Páginas.</u>
Aprobación del Ordinario.. . . . .	V
Dedicatoria. . . . .	VII
Prólogo. . . . .	IX
Al que leyere. , . . . . , . . . .	1

## INTRODUCCIÓN

I Antigüedad de la Silla episcopal de Astorga. . . . .	8
II Su extensión territorial. . . . .	18
III Metropolitano, á que estuvieron sujetos los Obispos de Astorga. . . . .	51
IV Número de Obispos que han gobernado la Silla episcopal de Astorga. . . . .	61
V División de la obra en Épocas. . . . .	66

## PRIMERA ÉPOCA—HISPANO-ROMANA

*Desde la predicación del Evangelio en España  
hasta el reinado de los Suevos en Galicia.*

*Años 37-409.*

## IDEA DE LA ÉPOCA

Estado religioso y civil de España.—Divinidades á que se daba culto en nuestra patria.—

Predicación del Evangelio en España.—El Apóstol Santiago en Astorga. . . . .	69
------------------------------------------------------------------------------	----

## OBISPOS DE ASTORGA

I Basílides.—Años 249-251. . . . .	75
II Sabino.—Años 252-X. . . . .	80
III Decencio.—Años 296-X. . . . .	82
IV Domiciano.—Años 340-X. . . . .	84
V Dictino ó Dictinio (San).—Años 396-420. . . . .	86

## OJEADA RETROSPECTIVA

Las grandezas españolas en esta época superan á todas las del Imperio romano.—Actividad interna y externa de la Iglesia española.—Jerarquía eclesiástica.—Principales cánones del Concilio de Elvira.—Importancia de este Concilio.—Nombres de algunos mártires españoles.—Las Artes, la Agricultura, la Industria y el Comercio de España en la época <i>Hispano-romana</i> . . . . .	98
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	----

## SEGUNDA ÉPOCA—HISPANO SUEVA

*Desde la irrupción de los Bárbaros en España y dominación de los Suevos en Galicia hasta la incorporación de estos al reino godo.*

*Años 409-587.*

## IDEA DE LA ÉPOCA

Los suevos, vándalos y alanos en España y lugares que ocuparon en ésta.—San Martín, Obispo de Tours, convierte á Teodomiro, rey de los suevos.—Narración de esta conversión por el Turonense.—Reyes suevos y su reinado.	107
--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----



## OBISPOS DE ASTORGA

VI	Toribio (Santo).—Años 444—X. . . . .	114
VII	Polemio.—Años 568-587. . . . .	138

## OJEADA RETROSPECTIVA

El godo Teodoredo, en unión de Aecio y de Meroveo, derrota á Atila en los Campos cataláunicos.—Leovigildo persigue á los católicos.—Disciplina eclesiástica.—Bienes de la Iglesia.—Seminarios.—Conventos.—Eclesiásticos célebres en las Letras.—Metrópolis.—Las bellas artes, la agricultura, la industria y el comercio en esta Época. . . . .	141
-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----

## TERCERA ÉPOCA—HISPANO-GODA

*Desde el año 587 hasta el 711.*

## IDEA DE LA ÉPOCA

San Leandro, Leovigildo, Hermenegildo y Recaredo.—Concilio III de Toledo, de 587.—Alocución de Recaredo á los Padres de este Concilio.—Carta y ofrenda de Recaredo al Papa San Gregorio el Magno, y contestación de éste, con regalo de algunas reliquias, al rey.—Unidad católica. . . . .	149
---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----

## OBISPOS DE ASTORGA

VIII	Talasio.—Años 588-X. . . . .	153
IX	Concordio.—Año 630-636. . . . .	159
X	Oscando.—Años 637-645. . . . .	162
XI	Candidato.—Años 645-653. . . . .	166
XII	Elpidio.—Años 654-X. . . . .	171
XIII	Isidoro.—Años 670-680. . . . .	174
XIV	Aurelio.—Años 681-694. . . . .	176

## OJEADA RETROSPECTIVA

Armonía entre las autoridades eclesiástica y civil.—Prelados santos y sabios.—Refútanse las prevenciones que los escritores franceses tienen contra los españoles en orden á la ciencia de estos, y se demuestra la superioridad de los doctores de la España goda sobre sus contemporáneos franceses.—La música, el comercio, la agricultura y la arquitectura en esta época.—Autoridad papal.—Metropolitanos y sus atribuciones.—Los Obispos y sus facultades en el orden civil.—Disciplina de la Iglesia respecto á la administración de Sacramentos, régimen de los Seminarios y temporalidades eclesiásticas.—El monacato y los Obispos.—Oficio muzárabe y particulas en que se divide la sagrada Hostia en la Misa.—Influencia de la Iglesia en las disposiciones de los reyes.—Distinción entre Concilios y Cortes. . . . .	181
División de Provincias eclesiásticas á fines del siglo VIII. . . . .	191
Cronología comparada de los Obispos de Astorga, Romanos Pontífices, Emperadores romanos, Reyes suevos y godos de las tres Épocas que comprende este primer tomo. . . . .	195

## APÉNDICES—PRIMERA SERIE

*Comprende los documentos que dicen relación más directa con la parte literaria del Episcopologio.*

## APÉNDICE I

Itinerario de Antonino Augusto Caracalla, en la parte que se refiere á Astorga, con las oportunas variantes é interpretación de nombres, extractado del Discurso leído en la Real Academia de la Historia por el Sr. Saavedra. . . . .	203
----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----

## APÉNDICE II

- La ciudad Ibérica de Urbicua, llamada luego Legio super Urbicum, junto á Vega de Arienza ó de Orbigo. . . . . 211

## APÉNDICE III

- Ptholomaei Lusitania (ex lib. 2, cap. 5.)—Hispaniae Lusitaniae situs.—Europae tabula 2. 222

## APÉNDICE IV

- Ptholomaei Gallaecia (ex lib. 2, cap. 6.º)—Hispaniae Tarraconensis situs.—Tabula secunda Aeuropae. . . , . . . . . 225

## APÉNDICE V

- Epistola 68 de San Cipriano sobre la causa de los Obispos Basílides y Marcial. , . . . . 230

## APÉNDICE VI

- Dona Ecclesiae S. Dictinii ab Episcopo Asturicensi, Fortis nomine conlata, Era 963, año 925. . . . . 234

## APÉNDICE VII

- A.—Cronicón de Idacio. (En latin y castellano). . 237  
 Advertencias sobre los Cronicones de San Isidoro, de Don Sebastián, Sampiro, Burgense, Cardeña y el Biclarense. . . . . 310  
 B.—Divi Isidori Hispal. Episcopi Historia de Regibus gothorum. . . . . 311  
 Id. Vandalorum Historia. . . . . 331  
 Id. Suevorum Historia. . . . . 336  
 C.—Sebastiani Chronicon nomine Alfonsi tertii

	<u>Páginas.</u>
regis recens vulgatum. . . . .	340
<i>D.</i> —Chronicon Sampiri, Asturicensis Episcopi, circa annum millesimum scriptum.—Ex Co- dicibus scriptis et editionum collatione cas- tigatum. . . . .	355
<i>E.</i> —Chronicon burgense. . . . .	369
<i>F.</i> —Cronicón de Cardeña. . . . .	373
<i>G.</i> —Chronicon Joannis Biclarenis. . . . .	383
<i>H.</i> —Cronología de los reyes de León y Castilla desde Alfonso el Magno hasta los Reyes Ca- tólicos, sacada de los instrumentos auténticos del archivo de Sahagún. . . . .	396
Cronología de los Reyes de León. . . . .	400

## APÉNDICE VIII

Epistola S. Turibii Asturicensis. . . . .	401
-------------------------------------------	-----

## APÉNDICE IX

S. Leonis Papae cognomento Magni ad Turibium Episcopum Asturicensem, anno Christi 447. . . . .	405
---------------------------------------------------------------------------------------------------	-----

## NÚM.º X

Consulta de Orosio á San Agustín. . . . .	420
-------------------------------------------	-----

## NÚM.º XI

Cánones del Concilio Bracarense 1.º contra los Gnósticos. . . . .	423
----------------------------------------------------------------------	-----

## APÉNDICE XII

Privilegio del rey Chindasvinto, concedido á San Fructuoso, año 646. . . . .	426
Algunas observaciones sobre el privilegio an- terior. . . . .	429

## SEGUNDA SERIE

## APÉNDICE I

Año de 250, 23 de Febrero. Santa Marta. . . . .	433
Vita Sanctae Martae, virginis et martyris asturicensis. . . . .	434
De Santa Marta Virgen y Mártir. . . . .	436
Geloira, Beremundi II. filia, Monasterio Sanctae Marthae de Tera, Villam <i>Pozolo</i> dictam concedit. . . . .	437
Ferdinandus Rex I. Monasterium Sanctae Marthae de Tera, et terram dictam <i>Noceta</i> , Ordinio tribuit, Episcopo Asturicensi. . . . .	439
Alphonsus VII. miracula quae Deus in Templo Sanctae Marthae de Tera operabatur, refert, et a Ferdinando I donata confirmat. . . . .	442
Autores que tratan de Santa Marta Virgen y Mártir. . . . .	445

## APÉNDICE II

Año de 396. 2 de Junio. San Dictino, Obispo de Astorga. . . . .	446
Xemenus Episcopus duas monasterio S. Dictini hereditates donat. . . . .	446
Commutatio inter Sampirum, asturicensem episcopum, et Flamulam, monasterii S. Dictinii abbatisam. . . . .	448

## APÉNDICE III

Siglo IV. Etheria, monja del Bierzo. . . . .	450
----------------------------------------------	-----

## APÉNDICE IV

Año de 444. Santo Toribio, Obispo de Astorga. —Vita S. Turibii. . . . .	456
----------------------------------------------------------------------------	-----

## APÉNDICE V

Año de 657. 16 de Abril. San Fructuoso, arzobispo de Braga y fundador del Convento de San Pedro de Montes. . . . .	463
--------------------------------------------------------------------------------------------------------------------	-----

## APÉNDICE VI

Año de 690. 25 de Febrero. San Máximo, monje de Compludo. . . . .	478
-------------------------------------------------------------------	-----

## APÉNDICE VII

Año de 690. 25 de Febrero. San Bonelo, monje de Montes. . . . .	482
-----------------------------------------------------------------	-----

## APÉNDICE VIII

Año de 690. Baldario, monje. . . . .	485
--------------------------------------	-----

## APÉNDICE IX

Año de 695. 25 de Febrero. San Valerio. . . . .	487
-------------------------------------------------	-----





OBRAS DEL MISMO AUTOR

Pesetas

<i>Tablas cronológicas, para uso de los aficionados á los estudios históricos. . . . .</i>	2
<i>Praeparatio ad Sacerdotium seu manuale scholasticorum. . . . .</i>	1
<i>Manual del Apostolado de la Oración y devoción á los Sagrados Corazones de Jesús y de María, edición de 1894, contiene 368 págs. . . . .</i>	1'25



LOS ANGELES  
L. S. JOHNSON & COMPANY  
PRINTERS  
400 N. W. 10th St.  
LOS ANGELES, CALIF.

4 PESETAS

LOCAL

1851

